

12371.

X 2005227

55.



JOH. VOLK. Bechmanns/ D.  
& Antecessoris Jenensis

# DEFENSIO

Opposita  
Anonymo Autori  
APOLOGIÆ  
quam pro Academiâ Erfurtenſi  
*hoc Anno M. DC. LXXII.*

edidit.

---

JENAE, Typis JOHANNIS WERTHERI.  
Typogr. Aulici.  
*Anno c I o I o c LXXII.*



Дьяконовъ Иоаннъ  
Андреевъ

ОГЛАШЕНИЕ

о Пасхѣ

и о Воскресеніи

Христова

Пасхальнѣѧ симѣи

Лихъ да вѣдатъ

свѣти

Литургіяъ въ чинѣ апостольской

Литургіи

Литургіи свѣтлой

Rodiit pronuper Autoris Anonymi  
*Apologia Universitatis Erfurtensis*,  
charta, si rem spectes, sterilis & exigua,  
si injurias in me effusas, fœcunda &  
*magna*. Has viâ juris vindicandas re-  
servabo, si recivero nomen ejus, non verebor ipsi  
~~et defensio non avertitur.~~ Difficile quidem est, Satyram  
non scribere hoc in casu, cum propter *virulen-*  
*tas injurias*, tum propter *falsissimas culpatio-*  
*nes*, quas magnâ judicii sui securitate mihi affin-  
git. Nolim tamen ~~ambitionis maxima ad amorem~~, ne as-  
socier φιλοφόγοις, semper hac in re mihi placuit illud  
*Cassianum cui bono?* Quod attinet rem, ut quili-  
bet ~~ad~~ ~~magistrum~~ judicaturus eam perspicue & verè co-  
gnoscat, brevi à principiis arcessam. Annos pene  
multos est, quod Dn. Ribau à me, tum temporis Ju-  
ris Studiosis privatâ operâ inserviente, petiit, ut di-  
sputationem de *Studioorum privilegiis compo-*  
*nerem*. Assensi, eam inclutæ Facultatis Juridicæ  
Decani (*more apud nos adulto*) censuræ submisi.  
Hanc postea prædictus R. publice, me præsidente,  
habuit. Successu temporis aliquantillum aucta  
& urgente bibliopolâ secundâ & tertiad vice typis  
expresa fuit. In cujus cap. 4. sub fin. de Rectori-  
bus Acad. ex Nobilissimi Dn. Johan-Jacobi Dra-  
conis, Jcti, Consiliarii Saxo-Coburgici Tract.

A 2

de

de Orig. & Jure Patricior. lib. III. cap. 6. n. 12. delibavi & transtuli hæc verba : *Bipedum nequissimus fuit ille fictitius Comes Hennebergicus, qui Anno Christi 1502. Erfordiam venit, ubi virtutis tantam promeruit laudem, ut non solum à Senatu civitatis, & Patribus Academicis valde estimaretur, sed etiam Rector Universitatis crearetur. Apparuit tandem, eum fuisse carnificem.*  
*Cyriac. Spangenberg. in Chron. Henneberg. lib. 5. cap. 44. pag. 248.* Ante annos quatuor edidi Commentarium ad π. & Titulo de *crimine falsi inserui* verba seqq. *Sic etiam carnifex quidam, qui se pro Comite gessit, fuit Rector Magnif. Academ. Erfurt. vid. tr. meum de Studios. privil cap. 4. in fin.*  
*Olim tamen consimili falsario dictata fuit non tantum fustigatio, sed etiam falsi sigilli in fronte inustio, vid. Coler. p. 1. Decis. 179. n. 6.* Et cùm ante annum & quod excurrit, typis exscriberentur meæ Exoter. Exercit. Juris Feudalis, in XIV. (in qua egi de Academiis, Rectoribus & jure circa religionem) num. 9. adjeci hæc seqq. Pro-Rector Universitatis Helmstadiensis est Comes Palatinus, & sic ille etiam potest creare Doctores, sed non, ut puto, in ipsa Academiâ, pere aquæ dixi Exot. ad Aur. Bull. Exerc. IV. n. 6. usq; ad n. 9. Dixi autem Pro-Rector. Nam Ser. Duces Brunsvicenses alternis annis

nis sunt Rectores AcademiæJuliaæ, vid. me dicit.  
loc. cap. 4. n. 7. ubi etiam notavi, quod in Universitate Erfurtensi olim guidam carnifex fuerit Rector Academiæ, causam ibi sis, vide. In aliis à me editis scriptis, Commentatione ad A. B. ut & in selectis Exercitationibus *Juris publici* ne ḥac de re invenies. Hinc immane quantū hyperbolice more suo loquitur Autor Ap. ac si in omnibus meis pagellis repetiissem, & quod nulla pagella mihi elegans videatur, nisi quæ habeat, *Erfurti Rectorem fuisse carnificem*. In nullius præjudiciū solius saltim materiae parallelæ occasione olim hæc in citatis locis apposui; Et tamen personatus Autor *Apologiam Acad. Erff. edidit, meq; lacepsivit πολλὰ φλυαρά φλυαρῶν* ac si Acad. famam fugillassem & honori ejus detraxi sem, cū nec verbo indecoro tetigerim vel pupugerim Acad. istam. *Dicam nemini hominū ibi scripsi,* unde frustrà *Apologia* instituitur; neminem ibi læsi nec provocavi. Mihi meisque scriptis manifestavis infertur. *Nam nunquam propugnavi, quod ille,, comes hypobolimæus fuerit carnifex, sed saltim exemplum à Dracone propositum allegavi, unde cum noluerim sententiam istam facere meam, verba ejus retinui.* Idem dixi non ex meâ sed sententiâ Draconis ad *Tit. de Crim. falsi*, dum me refero ad *Tract. de Studios. privileg.* ubi Draco-

nisi opinionem notavi, & ex *Coleri Decisionibus* in  
d. th. aliis falsarii exemplum adjeci; Quod etiam  
in *Jure Feudali* à me factum fuit, uti quilibet, qui  
non cæco affectuum impetu rapitur, mihi facili-  
mè assentiet. Si enim hæc insultandi animo face-  
re voluissem, vel *verbulo* saltim *invectivo* signi-  
ficassem iras. An autem ille falsarius Comes H. fuerit  
*carnifex*, an *sericarius* *Textor* ein *Seidensticker*/pa-  
rum aut nihil ad me olim pertinuit. Hoc tamen  
posteriorus asserit B. Lutherus im Achten Theil/ pag. 8.  
edit. Jenens. anno 1600. in verb. Es geschach zu Erf-  
furth/ da ich ein junger Baccalarius war / kam da-  
hin ein Graff von Henneberg/ der sich prächtig hielt/  
also/dass auch die Universität ihn einen Rector wehlet  
(wie die Weise allezeit gewesen / die Herren also zu  
ehren) ließ sich Rector halten/ und thät was ein Re-  
ctor thun soll / nicht lange darnach mummelt sichs/  
es were kein Graff von Henneberg sondern ein  
*Seidensticker* / darauf verschwand er auch bald/  
denn die Kundschafft kam/ es were kein Graff / son-  
dern ein *Seidensticker*; Nu waren zu der Zeit zu  
Erfurth Theologen und Juristen / als Doctor  
*Hennig Gödde* / und die trefflichsten Leute / so  
in Teutschten Landen berühmt waren / die doch allzu-  
mahl den *Seidensticker* für einen Graffen von  
Henz-

Henneberg und ihren Rector hielten ic. Eadem verba habentur *in edit. novissimâ Altenburgensi de anno 1662. P. octava, pag. 8.* Rationes sublestæ, quas Autor Ap. contra me compilavit, sponte corrunt & in fumum abeunt. De Hennebergen-sium Pr. Comitum Illustrissimâ familiâ hoc loco nihil præmittam, cùm hâc Spartâ Cyriacus *Span- genbergius* abundè fuerit defunctus in Annalibus suis Henneberg. Unde satius est, de ea nihil, quâm pauca dicere; hoctantùm, quod facit in rem præsentem, tangam. Hermannus *octavus* Pr. Comes Henneberg. genuit filios *quinque*, Bertholdum, Albertum, Ottone, Georgium & Fridericum. *vid. Spangenberg. d.l. part. 4. p. 140.* Ex his *Bertholdus primogenitus & Georgius* filius *quartus* ( Autor Apologiæ Georgium semper præponit, cùm tamen Bertholdus sit *primogenitus* ) Anno M D VII. studiorum gratiâ se contulerunt in Academiam Erfurtensem. Spangenbergius & Draco *d.l.* agunt saltim de fallario Comite Hennebergensi, non de hoc *Georgio* Illustr. Hermanni IIX. filio, uti est evi-dentissimum ; & certè Spangenbergius Annales suos H. in laudem & honorem Illustr. familie Hen-neberg. composuit. Absurdissimè ille egisset, sitam injuriosè sensisset de Illustr. Georgio, & *prædictos Annales suos* postea nomini Illustr. SOPHIAE Princ. Com.



Com. Hennebergensis inscripsisset & sacrasset. Hinc  
ego, dum tantum verba *Draconis* adduxi, etiam  
nullum alium intelligere potui, quam illum comi-  
tem Henneb.falsariū à Spangenbergio & Dracone  
allegatum. Sicut hoc tām manifestum est, ut nullus  
*integræ mentis homo de eo dubium sit habiturus.*  
„Ex his infallibiliter sequitur, neque Spangenbergi-  
„um, neque Draconem, neque me asseruisse Illustr.  
*Georgium fuisse carnificem*, sicut Autor Ap. ausus  
fuit scribere in verb. hunc (*Georgium*) *carnificem*  
*fuisse &c.* Obstupui, steteruntque comæ, cùm hæc  
*atrocia* figmenta Autoris Ap. legerem, quibus in-  
juriā affecit non tantum illustrissimam familiam  
Hennebergensem, sed etiam *cumprimis Reveren-*  
*dissimam ac Eminentissimam Sedem Electora-*  
„*lem* Moguntinam, quæ ex hac Illustr. Familiā Hen-  
„nebergensi legit E. & Archi Episcopum Berthol-  
dum XVIII. vid. Spangenb. lib. 4. c. 23. Decebat Te  
de *Magnatibus* parcius & religiosius loqui. Fig-  
menta vel (siscapha scapha nominanda) *mēdacia* à  
privatis hominib⁹ in privatos hodiè perversis seculi  
moribus liberius excogitari solent, sed *Magnatib⁹*  
tale quid injuriosi affingere, quod tu, *Anonyme*, fa-  
cis, omnino periculosum est. vid. C.A.LXXXIV. ibiq;  
Egyp̄tia Theod. Balsam. per tot. ubi præter alia alle-  
gat *Legem Mosaicam*, quam curiosius debuisses  
ob-

observeare. Ne vola in meis scriptis invenitur, ex quâ  
tuæ confictæ *injuriosa* & opinioni saltim aliqualem  
colorem illineres, unde Tuæ *vindicia* & pertinent ad  
Tragelaphum. Et sic *Potentissima ac Serenissima*  
*Domus Saxonica* (quam piissimâ cum veneratio-  
ne semper colui, & humilimè venerabor, dum spi-  
ritus hos reget artus) Te intempestivo & levis ar-  
mature vindice prorsus non indiget. Quilibet,  
qui non est *avādnt̄*, animadvertisit, quod omnia  
singulis, sicut *aranea* casses ex suo corpore solet gi-  
gnere. Unde tua incusatio, quod locutus fuerim  
de *Georgio*, falsissima est, & *rei indignitas* mihi  
penissimè gravius verbum extorserat. Obtorto  
quasi collo huc trahis verba mea, & ex merâ mali-  
tiâ immutas statum *controversia*. Talis est tua,  
Anonyme, disceptatio qualis erat *Attei Philologi*,  
qui librū cum hac Inscriptione edidit: *An amave-  
rit Didun Æneas?* Omnipotens non implicat, si quis  
ex subantea allegatis Autoribus colligeret, istum  
falsarium Comitem sex annis in Rectoratu Acade-  
mico *Georgium* antecessisse, & non fuisse in *matri-  
culam* relatum, quia ante finitum *Rectoratum*  
fraude detectâ excessit, evasit, erupit. Nam (verba  
tua sunt) *ex more Universitatis Erfurt.* nec *im-  
matriculatorum nomina*, nec *Rectoris electio* pu-  
riori matricula membranacea, nisi Rectoratu fi-  
nito inscribuntur facile &c. Varia dantur ex-

B

em-

embla hominū ex fæce vulgi natorū, qui se magnis  
vid. C. Forst. & excelsis familiis inserere conati sunt, Georg.  
nerus in N. Richter<sup>9</sup> Axiom. æcon. CCLXXII. p. 464. & seqq. enu-  
Polit. ad lib. merat xxv. sed non libet ea huc transferre; Hoc tamē  
V. Annal. Tacit. p. m. subjecerim, quod quidam Parisiis Burghesiorū no-  
673. & seqq. men & insignia sibi arrogando se esse Pauli Quin-  
ti Pontificis filium dixit, & sub hoc prætextū plu-  
res à diversis pecuniarum notabiles quantitates ex-  
torsit P. Farinacius, \* ubi in præcedentibus afferit a-  
150. n. 86. liud exemplum falsarii, qui se esse filium Pii V. Pon-  
titificis asseveravit, vide duos Manzeres filios Pon-  
titicum sed falsarios. Quæ de Spangenbergio latius-  
culè Autor Ap. καὶ φέρεται tricatur, me non feriunt,  
sicut palam est ex antea dictis. Ante paucos dies à  
bibliopolâ Erfurtensi accepi Johannis Binhardi  
*Chronicum Thuringiacum*, qui in lib. III. p. 33. &  
seq. etiam cum Spangenbergio asserit, illum falsa-  
rium Comitem Hennebergensem fuisse carnificem  
vel excoriatorem, & Rectorem Acad. Erfurtensis,  
verba ejus (quæ cum Spangenbergio fermè αὐτολεξι  
conveniunt) hæc sunt: Es gebendet Doctor Marti-  
nus Luther an einem Orth/ daß umb diese Zeit/ als Er zu  
Erfurth studiret/ ein feiner/ schöner/ junger und ansehn-  
licher Mensch dahin kommen / so sich vor einen jungen  
Grafen und Herrn von Henneberg ausgegeben/ sich auch  
so wohl still und tapfer gehalten / daß er von männigfis-  
chen/ auch von dem Rath und der Universität hoch geeh-  
ret / und also werth geachtet worden / daß man ihn zum  
Re:

Rector erschehlet / aber zulezt iſſs ausgebrochen / daß er  
ein Hender oder Schinder gewesen ist / derowegen er sich  
auch alsbald aus dem Staube gemacht / were sonst übel  
ankommen. Si hoc inter Spangenbergii & Binhardi  
*anæsthusia μυημονικα*, quod habent de carnifice, referri  
debet, cur Anonyme non illos (*quorum scripta et-  
iam Erfurti publicè venduntur*) oppugnasti, sed  
in me innocentem impetum facis, omnemque bi-  
lem in mee vominis? causa est *quiescere non potuisti,*  
*nisi me inquiete.* Hæc tua aperta est *anæsthesia*, quod  
nomines *Spangenbergium* testem de auditu, quasi  
scilicet illud exemplum à Lutherò audiverit, hoc  
credat *Judæus* Apella, Te *Chronologia* docebit, hoc  
esse falsum. Hanc lacunam (sic vocas) *Spangenberg-  
gii* ideò prætereo, cùm fontem Lutheri suprà de-  
monstraverim. Sed regeris, *Lutherus dixit, quid  
tum?* Lutherus est testis *anæsthesia & anæsthesia*, nam L.  
anno 1501. à parentibus suis in Academiam Erfur-  
tensem missus & anno 1502. Baccalaureus publi-  
cè renunciatus fuit, imò, qui est nobilissimus mo-  
dus probandi, varios *testes* allegat, *Henningum  
Göden, JCtum* (qui demum d. XII. Calend. Febr.  
1522. mortuus fuit) aliosque viros præclarissimos, *qui  
tum temporis Erfurti vixerunt*, ut de *Lutheri*  
hac fide historicâ nullus subdubitare possit, nisi qui  
nodum in scirpo quæreret. In subseqq. verbis *Apol.  
vñis mundi*. Cur *Academia Erfurtensi* invideam, cau-  
fam

sam planissimè nullam invenio, cùm nostra Academia Jenensis numerosâ multitudine studiosorum ex omni ferè Orbis Europæi natione ita *Dei gratiâ* floreat, ut (sicut sàpè mihi relatum fuit à Studiosis, qui aliundè huc venerunt) nulli Germaniæ Academiarum cedat. Etiam ab *emulationis* incusatione facilimè absolvor, cùm neminem ibi viventem novverim vel à facie vel à scriptis editis, quem *emuler*. Vanissima est conjectura, me in hanc finem id evulgasse, ut *Universitatem Erfurtensem aliorum exponerem risui & redderem contemptibilem*. De hoc ne quidem per somnium cogitavi, cum ibi me nemo hominum antea læserit, nec ego læserim ullum. Adversarium Acad. Erfurt. ex me facere laboras, cùm tamen nunquam esse voluerim; Si tua hæc charta solide & verè cum fructu esset concinnata, ipsis eam laudarem, cùm virtus etiam in *Adversario sit laudanda*, sed cum hoc à te prorsus non sit præstitum, multi, ad quos hæc lis non pertinet, judicarunt, quod hæc *charta* adeò non cedet in honorem Universitatis Erfurt. ut potius illi *onori & dedecori* sit futura. C. dicit apud Ciceronem lib. II. de Orat. potest fieri, inquit, Sile, ut is, unde te audisse dicis, iratus dixerit, annuit Silus, potest etiam, ut tu non rectè intellecteris, & scitè adjicit C. potest etiam fieri inquit, ut omnino, quod te audisse dicis, nunquam audiveris. Pace Fasini vere gloriari pos-

possim, quod neque Academiæ Erfurtenis neque  
ullius Professoris (*in qua cunque alia sit Academia*)  
nomen fugillaverim, & existimationem violave-  
rim *in scholis & disputationibus meis publicis &*  
*privatis*, licet à *Sejo & Mevio* susurronibus aures  
prurientes & avidæ Authoris Apologiæ contrari-  
um fortean percepissent. Nempe hi sunt ex Curio-  
nibus istis, ea *qua neque futura, neque sunt facta,*  
*tamen sciunt.* Provoco ad omnes Auditores meos  
honoratissimos, *præsentes & absentes*, perpetuos te-  
stes innocentiae meæ, qui me φιλοψόγων Sectæ nun-  
quam addictum fuisse ἐμοθυμαδὸν affirmabunt. Per-  
git Author Ap. repetitq; μονοτόνον suam cantilenam, &  
semper chordâ oberrat eâdem; Ille subditius & fal-  
sarius Comes sex annis fuit anterior prælaudatis fra-  
tribus *Bertholdo & Georgio*, & ab illis *disparissim⁹*.  
Nulli etiam, qui assererent סור הנוילגנוֹל vel arcana  
μεταψυχώσις crederent, illum Comitem falsariū ra-  
rissimā arte alterius personam adeò dextrè egisse, ut  
non potuerit dignosci à veris ibi *præsentibus* Co-  
mitibus B. & G. Putares hoc esse tam supinum dubi-  
um, quod nec *Carneadem* moveret. Quam conje-  
cturam subjicit Author Ap. de *propinquitate Co-*  
*mitatus Henneberg.* illa *redit in circulum*, Autor  
sibi somnia fingit. Et imò hæc ejus opinio suis op-  
pressa fuit difficultatibus superiùs propositis. Nec  
censeres *Erfurtenses* olim fuisse παντοδαές, ut non po-

tuerint falli. *Josuam* Gibeonitarum falsi legati accesserunt & circumvenerunt, dum enim quærebat, qui vos & unde venistis? dixerūt adeum מִן־הָאָרֶץ רְחוּקָה מִן־הָאָרֶץ è terrâ longingua valde (Syriaca versio habet,

\* vid. Tom. è terra & regione remotissimâ \*) fædus percussit secund⁹ Bi-

bliorū sacr. cum illis, post tres dies audiverunt, quod essent pro-

Edit. Lon- pinqui, vid. Jos. cap. 9. v. 9. & 16. Ecce *Josua* (quem

din. pag. 33. *Hugo Grotius ad Jos. c. 1. in pr.* dicit, fuisse ad belli imperium peridoneum, ingenio solerterem, fortē

† vid. Cri- animo, & Mose severiorem † ) ac eus אֲנָשִׁים viri seu

tic. Sacror. Tomus II. primates circumventi à propinquis G. Ecquid Erf-

p. 1444. furtenib⁹ imputari posset, si fuissent ab illo impo-

store & falsario decepti. Tandem si ponimus, quod

de illo falsario Comite nihil habeatur in matriculâ

Erfurtenis Acad. hoc parùm aut nihil juvabit Au-

torem Ap. cùm non liceat ab istâ matriculâ & à fide

historicâ argumentari *negativè*, sicut hoc jam

tùm ab aliis satis evictum fuit. Vel alias inferres,

quod matriculæ Universitatis Erfurtenis non sit

fides habenda, quia etiam Chronica Spangenbergii

(in quibus traditur historia Comitum Henneberg.)

planè nullam mentionē faciunt *Georg I Rectoratus*

*Academici Erfurtenis*, cum tamen ejus vita & res

gestæ ibi describantur, an exinde eam argueres 10-

9as? Cum primis autem matriculæ silentium fru-

strâ urgetur, cum Lutherus aliquique ab eo allegatite-

stes adsint, & imò si Erfurtenses sibi dedecori du-

xis-

xissent, quod falsarius Comes ibi fuit Rector Aca-  
demiæ, ~~an~~<sup>et</sup> fuisse fuisset, si eam rem *perpetua memoria*  
causa in matriculam retulissent, quod in medium  
relinquo. Roma *Orbis regina Barbarum Philip-*  
*pum* servum fugitivum (tum temporis vilissimum)  
non tantum designavit Prætorem, sed etiam ut di-  
cit *Suidas* in V. βασιλεὺς Φιλιππικὸς eum visum ἐν αγο-  
ρᾷ τῆς Ρωμαϊκῆς ὑψηλῶν Διάγοντα καὶ δικάζοντα. παρέεργα hu-  
jus *Pseuduli* in Libris ad Sabinum publicè nota-  
vit *Ulpianus*, & tamen *Romani* nunquam illum  
jurgio lacercessiverunt, quasi honori & eminentiæ  
eorum detraxisset. Quod Autor Ap. mihi imme-  
ritissimò imputat in hâc *chartâ*; quam quidem  
responsione dignam non esse censem, cum non  
possim mihi persuadere, tot eruditos viros Aca-  
demiæ Erfurtensis hanc chartam ex variis men-  
dicatis laciniis miserè consutam, & quod caput  
rei est, injuriosam in *Magnates*, omnesque leges,  
humanitatis ac civilitatis fædè violantem ap-  
probasse. Ne autem silentium meum in assensum  
& modestia in conscientiam ducatur, ut loquar  
cum Mario S. hæc pauca reposui, quò mea inno-  
centia omnibus planissimè innotescat, & licentia  
fingendi publicè castigetur. Autor Ap. styli sui Ve-  
neres & lepores (*quibus saltim sibi placet, sed non*  
*elegatiōris & politioris literaturae Cultoribus*)ma-  
joris & sublimioris momenti argumento potuisset  
refer-

*a*  
reservare , nisi me sibi bellatuerinti Adversarium  
proposuisset , quem feriret *clavā* non *Herculis*,  
sed *Troili*. *Candide Lector*, si demes , uti conve-  
nit , ex hâc Apologiâ *ineptas* fugillationes nomi-  
nis mei scilicet *logogriphos* , Spangenbergii loca  
~~æwærdiōnou~~ , verba matriculæ & Catalogum Recto-  
rum Erfurtenium ( qui jam tûm curante *Hen-*  
*ningo Dedekindo* Anno M.DC.XIV. typis fuit ex-  
cusus , ) nihil remanebit huic chartæ , ut

*si repetitum venerit olim*  
**Grex avium NUDA hæc moveat CORNICULA RISUM.**

*VDM*

*116*

12371.

X 20

JOH. VOLK. *Bec*  
& Antecessoris J.

DEFEN

Opposita  
Anonymo Au

APOLOC

quam pro Academiâ

*hoc Anno M. DC. L.*

edidit.

JENAE, Typis JOHANNIS

Typogr. Aulici.

*Anno c Iɔ Iɔ c LXXI*

